

14. Quam perversam opinionem Iustinus refu-
tans inquit, ἔταυτον τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον: Τὸ μὲν γὰρ ἀγέννητον, καὶ
γεννητὸν, καὶ ἐκπορευτὸν, ὅτι ἑστιάς ὀνόματα,
ἀλλὰ τρόποι ὑπάρξεως.

Expos. fid.
de recta
Conf. h.
192.

15. Sed differunt Personaliter & Incom-
municabiliter. Quam differentiam Scholastici
Doctores Realem appellare consueverunt, acce-
pto hoc termino non sensu Philosophico, quo Re-
aliter differre, est Essentialiter, sive ipsis subje-
ctis distinctum esse. Verum per (Realiter) nihil
intellexerunt aliud, quàm quod non verbotenus, non
κατὰ Φράσιν duntaxat & modum loquendi: Sed
revera & secundum definitionem ab altero est di-
stinctum.

16. Hujus discriminis respectu piè & creditur.
& verè dicitur, quòd revera alia sit persona Pa-
tris, alia Filij: alia Spiritus Sancti: ac proindè
qualibet etiam (respectu hujus τρόπου ὑπάρξεως
ὑποστατικῆς, ut Iustinus loquitur) propriam
& ab altera distinctam definitionem habeat.

17. Majoris σαφηνείας ἐνεκα, exemplo animæ
rem rursus illustremus. Quemadmodum enim ea
per essentiam una, facultatibus est dividua, non
essentialiter, non λόγῳ duntaxat; sed realiter in-
ter se discrepantibus, quarum respectu sentiens a-
liam definitionem, quàm appetitiva, hæc aliam
quàm illa: Rationalis aliam quàm utraq; illarum

F obti-